

Eduardus C. 26. 9. 57

CONSTITUTIONVM SANCTISSIMORVM PATRVM

Summorumque Pontificum, F. R. P. I. Quarti
& P. I. Quinti, cu[m] Regula Cancellariæ,
& Bulla quæ legi solet in cœna Domini,
Liber vñus.

*Accesserunt etiam Constitutiones & Decreta S.D.N. GREGORII
XIII. quæ hactenus edita sunt.*

Nemo 5

seno 1



OLYSSIPONE,

Apud Antonium Riberium, expensis Ioannis Hispani
Bibliopolæ.

ria Cum facultate supremi Senatus Inq[ue]stitionis & brevissime conscripta ex parte dicitur, quod dñe, despatet à duo-

M. D. L

REGVLÆ,
ORDINATIONES,
ET CONSTITUTIONES CANCELLARIE
S. D. N. D. Pij diuina prouidentia PAPÆ V.



ANCTISSIMVS in Christo Pater & D.D.N. PIUS diuina prouidentia Papa quintus suorum predecessorum vestigijs inheredo, normam, & ordinem rebus geridis dare volens, in cuncto assumptio- nis sue ad summum apostolatus apicem, videlicet die octaua Mensis Ianuarij, Anni ab Incarnatione Domini. 1565. Reser- uationes, constitutiones, & regulas infra- scriptas fecit, quas etiam ex tunc suo tem- pore duraturas obseruari voluit, & quas

nos Alexander Episcopus Tusculanus. Card. Farnesius nuncupatus S.R.E. Vicecancellarius die Sabbati. 19. eiusdem mensis Ianuarij in Cancella- ria Apostolica publicari fecimus.

A. Vincenc. cancel.

Reseruationes generales & speciales.

In primis reseruationes fecit similes illis, quæ in constitutione fel. rec. Benedicti Papæ. 12. quæ incipit, Ad regimen, continentur, & illas locum habere voluit, etiam si officiales in eadem constitutione expressi aposto- lice sedis officiales ante obitum eorum esse desierint quo ad beneficia, quæ tempore quo officiales erant obtinuerant, ac reseruauit beneficia quæ per cōstitutionem Ioannis PP. 22. quæ incipit, Execrabilis, vacant, vel vacare contigerit.

Reseruatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum.

Item reseruauit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia monasteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum auri communi aestimatione excedentia, & vo- luit quod excessus huiusmodi in literis exprimatur.

*Reseruatio dignitatum, necnon suorum & S.R.E. Cardinalium
familiarium beneficiorum.*

Item reseruauit generaliter dispositioni sue omnes dignitates maiores post pontificales in Cathedralibus etiā Metropolitanis Ecclesiis valorem decem florenorum auri cōmuni aestimatione excep- tiales in collegiatis: Reseruauit etiam Prioratus, pra-

A